Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



R I

omnium sexcenta septuaginta
quinque milia. bouum septuaginta
duo milia. asinorum sexaginta
milia et mille. Summe hominum
sexus feminei quae non cognouit
uiros xxxii milia. Data que est
media pars huius qui militauerant
omnium xxxvii milia quinque
cent. Exquibus uiptem dominum sibi pu
tare sunt oues septingente lxxv
et de bobus xxxvi milibus boues
lxxii. De asinis xxx milibus quin
gentis asini lxi uiuus. De animabus
hominum xvi milibus cesserunt
in ptem dominum xxxii due anime
Tradidit que moyses numerum pu
nitionum domino eleazaro sa
cerdoti sicut fuerat ei imperatum.
Ex media parte filiorum israel qui
separata huius qui militauerant
De media uero parte que contigerat
reliqua multitudinis. id est de
ouibus ccc xxxvii milia quinque
cent et de bobus xxxvi milibus et de
asinis xxx milibus quingentis et
de hominibus xvi milibus tulit
moyses quinquagesimum caput et
dedit leuitis qui excubabant in ta
bernaculo domini sicut precepit do
minus. Cumque accessissent prin
cipes exercitus ad moysen et tribu
ni centuriones que dixerunt. Nos
serui tui recensuimus numerum
pugnatorum quos habemus sub
nostra manu et nec unus quidem de
fuit obiaut cum offerimus mo
narus domino singuli quod in
preda auri potuimus inuenire
bracchiales et armillas. anulos et
dextralia. ac murenulas. ut deprecetur
ceris pro nobis dominum. Suscepit que
moyses et eleazar sacerdos omne
aurum in diuersis speciebus pondere sicut
fuerat xvi milia septingentos quin
quaginta siclos. Attribuens et centuriom
bus uiuulque enim quod in preda
rapuerat suum erat et suscepitum in
tulerunt in tabernaculum testimonii ~~in~~
~~tabernaculum~~ in monimentum filiorum
israel coram domino. XXXII

Filii autem ruben et gad habebant
pecora multa et erat illis in
numerabilis multitudo substantia
Cumque uidissent iazer et galaad
aptas alendis animalibus terras
Uenerunt ad moysen et ad eleazar
sacerdotem principes multitudinis
atque dixerunt. Ataroth et dibon et
iazer et nemra. esebon et eleale et sa
bam et nabo et beon terra quam percussit
dominus in conspectu filiorum israel
uisio uberrima est. ad pascua am
malium et nos serui tui habemus
numerosa plurima precamurque si in
uenimus gratiam coram te ut des
nobis famulis tuis eam in posses
sionem. nec facias nos transire
iordanem. Dominus respondit
moyses. Cumque fratres uestri
ibunt ad pugnam et uos hic sede
bitis. Cur subuertistis mentes
filiorum israel ne transire audeant
in locum quem eis daturus est
dominus. Sonne ita egerunt
patres uestri. quando missi de ca
des barne ad explorandam ter
ram istam. Cumque uenissent
usque ad uallem botri lustrata om
ni regione subuerterunt cor filio
rum israel ut non intrarent in